

» stipendia hujusmodi vel alias cum eis se vel suos armigeros ac
» sequaces locare, eisque aliquod auxilium, consilium vel favorem
» quomodocumque praestare audeant. Quinimmo Robertus de
» sancto Severino, et si qui alii cum eisdem ad praesens militant
» non obstante quacumque obligationis formula, qua obligati forent
» eisdem, quae quatenus contra Romanam ecclesiam militare pro-
» misissent, non astringit eosdem et nullius est roboris vel mo-
» menti, infra quindecim dies a publicatione praesentium compu-
» tandos, ab ipsis duce, consilio et communi Venetiarum eorumque
» obsequiis et stipendio omnino recedant : et in omnes et singulos
» ex eis, qui contra mandata hujusmodi facere vel venire tentaverint
» quoquo modo, per se vel alios, directe vel indirecte, similis ex-
» communicationis, anathematis, maledictionis et privationis ac
» inhabilitationis nec non in terras, dominia et loca eorum, si quae
» tunc eos habere et obtinere contigerit, interdicti, et in eos eo-
» rumque descendentes privationis dignitatum, dominiorum, feu-
» dorum et bonorum ac privilegiorum, gratiarum et beneficiorum
» ecclesiasticorum, ac inhabilitationis dominiorum et bonorum con-
» fiscationis, sententias, censuras et poenas praedictas ex nunc
» prout ex tunc promulgamus, eosque illas incurrire volumus eo
» ipso : quae similiter per alium quam Romanum pontificem praef-
» terquam in mortis articulo, ut de aliis superius est expressum,
» nequeant submoveri. Inhibemus etiam quibuscumque temporale
» dominium obtainentibus etiam regali, ducali, principatus, mar-
» chionatus, comitatus et baroniae vel alia dignitate fulgentibus
» sub similibus censuris et poenis per eos si contrafecerint eo ipso
» incurrendis, ne cum eisdem duce, consilio et communi Venetia-
» rum directe vel indirecte ad praedicti ferrariensis prosecutionem
» aut motionem alterius belli in praejudicium praedictae romanae
» ecclesiae tendentis ligam, confederationem seu colligationem vel
» intelligentiam ineant, aut hactenus forsitan initas, factas et con-
» clusas, quas quatenus ad praejudicium praefatae ecclesiae ten-
» dunt, etiam si poenarum adjectione et juramento sint vallatae,